

gica ut Lud. Jae a S. Carolo a) testatur, iconi suæ, quam ipsa
pinxit, hoc subscriptis Distichon, omni Epitaphio memorabilius:

Cernitis hic picta nostros in imagine vultus;

Quam negat ars formam gratia vestra dabit.

Talia Schurmannæ aliarumque apud Thomasum b) Juncke-
rum c) & Dn. Kortholtum Prof. Kilon. recentissima de Puellis Poe-
triis opella d) monumenta, perinde ac illa Horatii e) ære perenniora
regalique situ Pyramidum altiora sunt; licet magnificentiora sint, quæ
Elisabethæ Reginæ Angliae f) Christinæ Reginæ Sveciæ g) Aloysiæ, A-
delaidæ, Margarithæ Emmanuelis Philiperti uxori, aliisque Sago & To-
ga simul illustribus Heroinis h) posita leguntur.

§. XVII. Descendimus tandem ad duas peculiares cultus Heroi-
dum species, quarum alteram solæ Togatæ, alteram vero Sagatae solæ
sibi merito vindicant. Etenim in Togatarum Catalogis quædam inve-
niuntur, quæ brabeum Poeticum, aut Gradum Doctoralem sive in
Philosophicis sive in Juridicis, sive etiam Theologicis impetrasse me-
morantur. Sic Virgo Gallica de Houliere, quæ cum matre inter-
præstantissimas recensetur Galliæ Poetriæ, brabeum Poeticum ab Aca-
demia Gallica die S. Ludovici A. 1687. deportavit i). De Beltizia Goza-
dina, Virgine genere & eruditione nobili, *Hilarion de Costak* j) refert,
ei Jctos in Academia Bononiensi non Doctoris tantum titulum & pri-
vilegia, sed & Professoriam Dignitatem contulisse. Neque Doctoris
Theologiæ gradum feminis conferre abnuunt Pontificii. Extat enim
apud eundem *Hilarionem* l) Exemplum Isabellæ Losæ relatum etiam a

70.

a) ap. eundem Thom. 48. n). b) Diss. sepius laudata c) Cent. Fem.
passim. d) ante paucos menses Kilonii edita & Adriano Bailleto, cele-
berrimo Galliæ Polyhistori & Scriptori libri opposita, cuius titulus:
Des Enfans devenus celebres, par leurs etudes ou par leurs écrits: e)
*Carm. L. III. Od. XXX. f) v. Theod. Jansoni ab Almeloveen Amæ-
nit. Theol. Philol. & Bohun e Soc. Regia libellò: Le Caractere de
la Reine Elizabet, Haga Com. 94. in Act. Erud. Lips. 1694. p. 340 g) v.
Junck. l.c.p. 91. h) v. Emman. Thesauri Inscript. p. 170. sq. i) v. Junck.
p. 48. k) T. I. P. 3. deologiae Regum p. 522. l) l.c. p. 728.*